

126  
rat; Quique magnificus illius & diuinae uocis non notiosus  
auditor est si quis meus minister est me sequatur & ubi ego sum  
& minister meus erit. Ubi ergo est Christus rex itaque in caelo; illo ergo terrena  
confusio uidetur & omnis carnis eae dilectatio nisi nemo quum militia ac  
cingitur domum sibi constituit neque possessiones agrorum comparat  
aut <sup>inutilibus</sup> <sup>u</sup> humanorum negotiorum conmercus implicatur; neminem  
quid militans deo implicat se negotiis saecularibus; ut ei placeat a quo  
probatum est; & sicut miles regias habet & imperatoris a non a patitur.  
non oportet eum emere sibi cibum neque in eius prouidendi sollicitu  
dinem occupatum studium militaribus auocari; ubi que illi domus om  
nis prouincialium ex precepto regalium patet ut nihil eum de prouata domo  
laborare necessit <sup>huc</sup> quam mansio in castris & cibus ad expeditionem modicus  
& aqua pueri & tantum somni quantum naturae necessitas reparet  
In uigiliis in itineribus multalaborer & pro temporum uicissitudinem  
in aestibus & frigoribus confirmata patientia pugnet ad hostes peri  
cula usque ad mortem; uerum & si inorsu bellator accedat gloriosus est  
uincens uero honorer & dona regia subsequuntur; huius laboriosa in  
proeliis uita in pace autem splendida & honorata transigitur; & pro cer  
tam inibus prospere decoretur; gloriae corona deferatur; promotio dig  
nitatis adponitur; iuxta regem familiariter stare conceditur; domo  
num imperatoris assidua remuneratione donatur; & ceteris principibus  
gratiae comitibus eminentem praepontur interuenire etiam & intrinse  
cus pro amicis suis sicut libenter auditur; & tantum propria dignitate  
promeritis uirtutis ex uberat ut etiam sodalibus honorandis auctore ex  
istat; sicut ergo cum miles Christi modica haec de humanis actibus exemplabi  
simens; maiorum rerum hoc est de quoniam bonorum conceptionem  
mente suscipit; liberat tibi & expedita mortalibus; curis uita ducatur; non  
te domus auocet non possessio impediatur non ciuitas <sup>non</sup> patria constringat;  
excitatur enim & absolutis omnibus terrestrium rerum sollicitudine melius